xpianuz fieri se postulauit. Quē mox iudex de collari fecit: sequēti die iussit georgiū poni i rota bis acutis gladijs vndiq; circūsepta Qz statim rota frāgit ⁊ georgius iuenit illesus. tūc irat⁹ iussit euz in sartaginē plumbo liquefacto plenam proici: q; remisso signo crucis i eā intrauit: in q; stetit sicut in recēti balneo ⁊ delectabili. Extractus inde a pside monet blādicijs: vt xpo relicto sacrificet idolis. At georgius ad tēplū pgere petijt simulans velle idolis imolare. Cūq; ibi maxia multitudo pplī ꝓuenisset orauit georgius dnm: vt tēplū cū idolis dissiparet. statim ignis de celo descēdēs templū cuz idolis ⁊ sacerdotibus ꝓcremauit. Cūq; post hec datiano psentaret. vxor datiani xpianam se dixit. Que iussu viri p capillos suspēsa ⁊ flagellis durissimis cesa emisit spiritū. Tandē georgius capitis abscisione martyriū cōsūmauit. felix autē aia eius ad celos cōscendit vbi in eternū dei iocunda visione letabitur atq; cum xpo ⁊ sanctis eius gaudebit in delicijs paradisij. Amen.

Sermo. lij. de beato marco euangelista. qui leoni ppter dignas illius aialis ꝓditiones. merito assimilat.

Facies leonis a dextris ipoz quattuor. Scribūt hec vba Ezech. j. ca. Iz oēs euangeliste loquant de xpo Tamē qz mattheus circa eius humanitatē versat. vt habens faciē hominis pnunciatus ē a ppheta. ⁊ qz Lucas xpi exprimit sacerdotiū faciē bouis habere dz qd ē animal imolatitiū fm antiquaz legem. quoniā vo Johes diuinitatez xpi altius intonauit velut habēs faciem aq̄le designatur Marcus autē xpi regnū ⁊ resurrectionē ardēter pnūciās: leoni animaliū regi: merito assimilatur. Dicunt vo hi quattuor euāgeliste: quattuor aialia. qz fm Isid. in. vj. ethi. lib. Per q̄ttuor mūdi ptes: fides xpiane religionis eoruz pdicatione disseminata est. aialia aūt dicta sūt quoniā ppter animā homis pdicatur euangelium xpi. Cū igit hodierna die festū beati marci ab ecclesia celebret. laudes illius explorari volentes triplicē eius excellētiā: fm tres leonis cōditiones ⁊ pprietates explicabimus.

¶ Prima dz viuacitatis.
¶ Secda animositatis.
¶ Tertia gratiositatis.

Qualit beatus marcus multos populos viuificauit. euāgeliū scribēdo. pdicādo ⁊ obseruādo. ¶ Capl'm. I.

Prima excellentia beati marci dz viuacitatis. ⁊ h denotat i pprietate seu ꝓditiōe leonis q; filiū dormiētē excitat ⁊ viuificat. Nā vt scribit Isid. xij. ethi. li. Cū catulus leonis nascit: tribus diebus ⁊ tribus noctibus dormire fert. tūc dcin de pris fremitu vel rugitu veluti tremefactus cubilis locus suscitare dz catulū dormiētē: sic q̄tuz ad h beatissimus marcus multos pctores ⁊ i pctis mortuos excitauit ⁊ viuificauit. Et h triplicit

¶ Primo legē euangelicā describendo.
¶ Secdo legem euāgelicā pdicādo.
¶ Tertio legē euangelicā obseruando.

Primo beatus marcus vocauit multos ad vitā legē euāgelicā describendo. Et hec tria dubia erūt declarāda. Primū vtz lex euāgelica omnē aliā legē superet ⁊ excedat. Secōm vtz q̄ttuor debuerūt esse legis euangelice pncipales scriptores. Tertiū vtz beatus marcus in descriptione sui euāgelij potuit errare. Ad primū dubiū respōdeo fm Nico. d lyra in plogo sup Mat theū. q; cuiuslibet legis cōuenienter date sunt q̄ttuor cōditiones. Prima est vitia extirpare. Secda mores seu actus homīm ordinare. Tertia inducere ad felicitatem. Quarta lucide tradere veritatē. In his q̄ttuor ꝓditionibus: lex euāgelica excedit oēm aliā legē ⁊ diuinā ⁊ humanaz vt patebit p singula discurrēdo. Prima igitur ꝓditio legis est. q; debet vitia extirpare. Ad h enim leges date sunt vt q̄s puata castigatio cohibere nō potuit metu penarū q̄ legibus infligunt a maleficijs retrahāt. Unde in plogo decretaliū dz. ideo lex pdit: vt appetitus noxius sub iuris regula limitet. Et dis. iiij. ca. facte sunt. Isid. ait. Facte sūt aūt leges vt earū metu hūana coherceat audacia: turaq; sit inter improbos innocētia: et in ipis improbis formidato suplicio refrenet nocendi facultas. Propter hoc dic apostolus. j. ad Timo. j. ca. Iusto non est lex posita ⁊ iniustis ⁊ nō subditis impijs ⁊ peccatoribus sceleratis ⁊ contaminatis patricidis ⁊ matricidis homicidis ⁊ fornicarijs masculorū ꝓcubitoribus plagiarijs mendacibus ⁊ periuris In hac autē extirpatione vitiorū lex humana inuenit defectiua: qz nō ponit oīnia mala. cuius ratio est qz lex cōitati pponitur obseruāda. In cōitate autem pauci inueniunt virtuosi ⁊ pfecti: ⁊ plures impfecti ⁊ defectuosi. ideo sicut pueris aliqua pmittunt: que nō pmitterent viris perfectis: ita i legibus que cōitati seruande imponūt: aliq̄ mala minora pmittunt vt maiora euitentur Sicut lex ciuilis meretrices in ciuitatibus pmittit: ne res publice ppter impfectionē multitudinis: que castitatē difficile obseruare pōt:

dissentionib⁹ que ꝓpter libidinez insurgerent cõturbeť. vnde dicit Aug⁹ li. de ordine. Auferr meretrices a ciuitatib⁹ oia cõturbabis libidini bus. verũtñ ista mala q̃ bono modo auferri nõ possunt: reliq̃t diuino iudicio punienda. vnde Aug⁹. j. de li. arbi. ait. Lex ista q̃ regendis ciui uitatib⁹ ferť: multa ꝓcedit atq̃ impunita relinq̃t: q̃ p diuinã ꝓuidentiã vindicanť. Similiter lex mosayca diuinit⁹ data: aliqua tamẽ mala p mittit: sicut permisit dare libellum repudij. vt habeť Deut. xxiiij. ca. ne vxores interficerẽt. Et dare ad vsuram extraneis ne fratres proprí os grauarẽt. Ratio hui⁹ fuit q̃ lex illa data fu it populo dure ceruicis ⁊ imperfecto: ido sunt eis ꝓmissa aliqua mala minora vt euitenť ma iora. Propter qd̃ saluator Matth. xix. ca. dicẽ iudeis de ꝓmissione libelli repudij. Ad duritiã cordis vestri ꝓmisit vob̃ dimittere vxores ve stras sic ergo patet: q̃ tam lex hũana q̃ mosay ca permittit aliqua mala: ⁊ q̃tuz ad hoc est im perfecta. Sed lex euãgelica nullum malum per mittit tãq̃ pfectissima: sed omnia excludit ⁊ pu nienda p̃dicit: ꝓpter qd̃ legislator euãgelicus ihs xp̃s dicit Matth. xij. ca. Dico aũt vobis q̃ de omni verbo ocioso: multo grauius de noci uo: qd̃ locuti fuerint homies sup terrã: reddẽt rationẽ in die iudicij. Et si de ꝓbo multo magis de facto. Secũdo ad legem pertinet mores seu actus humanos ad bonum ordinare. vnde di cit phus. ij. ethi. Intentio cuiuslibet legislato ris est ciues facere bonos in hoc aũt inuenitur lex humana defectiua: q̃ de actib⁹ exteriorib⁹ tñ ordinat: lex aũt diuina ordinat actus interi ores. Similiter lex mosayca i hoc deficit. q̃ vt habeť i glo. sup epl'az ad Philippẽ. iij. ca. Pdro hibebat manũ nõ aiam. qd̃ dupliciter põt intel ligi. Uno mõ erronee. Et sic intelligebant do ctores iudeoꝝ dicentes voluntatẽ malã nõ esse pctñ: nisi aliquo mõ exeat in actũ. vt patet per Josephũ. xiij. li. antiquitatũ. Et qñ arguebať ꝗ eos. q̃ scriptũ ẽ Exodi. xx. Nõ concupisces vxorẽ ꝓximi tui respõdebãt sic. q̃ hoc p̃cepto nõ ꝓhibeť cõcupiscentia vitioꝝ: sed manifesta tio exterior quasi dicat nõ cõcupisces. i. signa cõcupiscentie nõ facias. vt p amplexus ⁊ oscu la ⁊ cõsimilia. Sed hoc manifesto patet falsũ. q̃ actus exterior nõ habet maliciã vel bonita tem moralẽ: nisi inq̃tum ꝓcedit ab actu interi ori de sentẽ. excõ. ca. cũ volũtate. Alio mõ itel ligiť p̃dictum ꝓbum scz q̃ lex vetus ꝓhibebat manũ nõ animũ: recte ⁊ bñ videlicet q̃ lex vet⁹ in paucis ꝓhibebat animũ ⁊ cõcupiscentiã interiorẽ. videlicet i vitio: mechie ⁊ auaritie tñ. Et adhuc lz ꝓhibet in istis cõcupiscentiã: non tamẽ trãsgressoribus infligebat aliquã penam. Et ideo in talib⁹ inueniť impfecta: lex aũt euã gelica tanq̃ pfectissima: generaliter ꝓhibet cõ cupiscentiã malaz ⁊ ꝓcupiscentibus indicit pe nam infligẽdã. Propter qd̃ saluator Matth. v. ca. ait. audistis q̃ dictuz est antiquis nõ oc cides. Qui autẽ occiderit re⁹ erit iudicio. Ego autẽ dico vobis: q̃ omnis qui irasciť fratri suo reus erit iudicio. Et eodem modo dicit d̃ alijs p̃ceptis. Tertio ad legem ꝓtinet ad felicitatez homies adducere. verũtamẽ lex humana non adducit: nisi ad felicitatez politicã: q̃ est trãq̃ll⁹ ⁊ pacificus status ciuitatis in vita morali. Sz ad felicitatẽ que post hanc vitã habeť ordinat lex diuina: q̃ felicitas illa: nõ habeť nisi p gra tiam sui. q̃ d̃ ad Roma. vj. ca. gratia dei vita eterna. hanc aũt grãm lex mosayca nõ dabat ꝫ ad ipam disponebat. ꝓpter qd̃ diciť ad Heb. vij. ca. Neminẽ ad pfectum adduxit lex. Sed hanc pfectionẽ a xp̃o dandã expectabat ꝗm q̃ scribiť Joh. j. ca. Lex p moysen data est gratia ⁊ veritas p ihm xp̃m facta est. Propter quod saluator in principio euangelice doctrine dicit Matth. iiij. penitentiã agite appropinquabit enim regnum celorũ. Quarto ad legem ꝓtinet ve ritatem plane ⁊ lucide tradere. cuius ratio ẽ. q̃ lex p̃ponitur multitudini intelligẽda ⁊ seruan da. in multitudine aũt sunt plures deficientes ingenio: ⁊ pauci subtiles ⁊ ingeniosi: ꝓpter qd̃ lex que multitudini p̃ponitur debet veritatem plane ac lucide tradere. In hoc autẽ inuenitur lex humana defectiua: q̃ ibi inueniunť multe obscuritates ⁊ ꝓplexitates: q̃ patz p legũ mul titudinẽ ⁊ varietatẽ ⁊ mutationẽ: ⁊ aliquaꝝ ar rogationẽ. vt patet intuenti iura canonica ⁊ ci uilia. Similiter in hoc deficit lex mosayca: q̃ i velaminib⁹ ⁊ figuris tradidit veritatẽ de fẽ dis ⁊ credibilibus: in cuius signũ moyses vela ta facie loquebať ad populũ. vt habeť Exodi xxiiij. ca. ideo apostolus. j. ad Cor. x. ca. dixit Omnia in figura cõtingebãt illis. Sed lex euan gelica in hoc inuenitur pfecta: q̃ veritas que i veteri testamẽto latebat occulta p euidentiam facti facta est manifesta. In cuius signũ in pas sione domini quãdo mysteria noue legis fuerũt impleta: velũ templi scissum ẽ mediuz. vt diciť Luce. xxiiij. ca. ꝓpter qd̃ dicit saluator Jo bis xvj. venit hora cũ iam nõ in parabolis loquar vobis: sed palam de patre annunciabo vobis. Propter p̃dicta quattuor diciť. psalmo. xviij lex domini. id ẽ. lex euãgelica: que ẽ dñi nostri ihu xp̃i imaculata: quia nullũ vitium ꝓmittit: cõuertens animas: quia act⁹ interiores anime perfecte ordinat ⁊ disponit. testimoniuz domi ni fidele: quia ad felicitatem ꝓmissaz efficaciter perducit: sapientiam prestans paruulis: quia

veritatē oīb⁹ lucide tradidit: facit insup ad hu
ius legis dignitatē legislatoris excellētia'. Nā
hest oīb⁹ q̄ leges tulerūt: imo cūctis angelis et
hoīb⁹ ceterisq̄ creaturis celi ⁊ terre. vt eīm tra-
dit Isiō. v. ethim. li. multi fuerunt legis aucto
res. nam foroneus grec⁹: rex p̄mus: leges iudi-
ciaq̄ constituit. Mercuri⁹ termegistus p̄mus
leges egyptijs tradidit. Solon p̄m⁹ leges athe
niensib⁹ dedit. Ligurgus p̄mus lacedemonijs
iura ex apollinis auctoritate confinxit. Numa
pumpili⁹ q̄ romulo successit in regnuz p̄mus le
ges romanis edidit. Deinde cū popul⁹ seditio
sos magistrat⁹ ferre nō posset decē viros legib⁹
scribēdis creauit: q̄ leges ex libris: solonis: i la
tinū sermonē translatas: duodecim tabulis ex-
posuerūt. Fuerūt aūt hi. Apius. Claudi⁹. Be
nutius. Uecerius. Juli⁹. Manili⁹. Sulpiti⁹
Sectius. Curati⁹. Romul⁹. Postumius. Su
pradicti tñ oēs dño iēu xpo: nec in minimo va
lent cōparari. Moyses ꝯo gentis hebree pri-
mus oīuz diuinas leges sacris lr̄is explicauit
verūtamē q̄uis vetus ⁊ nouū testamentū sint
a deo data. Tñ vetus fuit datū mediantib⁹ an-
gelis. vnde Actl. vij. ca. Stephan⁹ dicebat iu
deis. accepistis legem in dispositiōe angeloz.
Sz nonū testamentū dedit p seipm xp̄s de⁹ p
nobis incarnat⁹. ppter qō Aug⁹ in li. de Fmo-
ne dñi in monte exponens illud Matth. v. Et
aperiens os suū dicit. tunc aperuit os suum q̄
in lege veteri aperiebat ora pphetaz. Et hō est
qō ait apl's ad Heb. j. ca. Multipharie multis
q̄ modis olim deus loquens patribus in pro-
phetis. nouissime dieb⁹ istis locutus est vobis
in filio quem cōstituit heredem vniuersorū per
quem fecit ⁊ secula. ¶ Scōm dubium fuit vtz
legis euangelice debuerūt esse quattuor princi
pales scriptores. Et dicimus q̄ sic. Et hoc p-
pter figurā sacramēti: quia iste q̄ternarius fuit
in veteri lege multipliciter figuratus. Primo i
quattuor fluminib⁹ de paradiso exeuntibus ō
q̄bus scribit Gen. ij. ca. Secundo in quattuor
patriarchis p̄ncipalibus: a q̄bus denominata
est coria thabeer. id est. ciuitas q̄ttuor q̄ antea
dicebat Ebron. vt patet Josue. xiiij. ca. Quia
quattuor magni patriarche sunt ibi sepulti cū
vxorib⁹ scz adam eua: abraam sara: isaac et re-
becca: iacob ⁊ lia. Tertiō in quattuor circulis
arce testamēti. Exodi. xxv. ca. Quarto i quat-
tuor pedibus mense ppositiōis. Exodi. xxv.
ca. Quinto in q̄ttuor cornib⁹ altaris holocau-
stoz. Exodi. xxvij. ca. Sexto in q̄ttuor ordini
bus lapidum rationalis. Exodi. xxviij. ca. Se
ptimo i quattuor deambulatorijs domus salo-
monis. iij. Regl. vij. ca. Octauo in q̄ttuor ven
tis mortuos viuificātibus. Ezech. xxxvij. ca.
Nono in q̄ttuor faciebus q̄ apparuerunt i rota
vna Ezech. j. ca. Decimo in q̄ttuor fabris cor-
nua hominū deijcientib⁹. Zach. j. ca. Undecī-
mo in q̄ttuor quadrigis p orbem discurrētib⁹.
Zach. vj. ca. Duodecimo in q̄ttuor animalib⁹
oculatis ante ⁊ retro. Apoc. iiij. ca. que req̄em
non habebūt die ac nocte dicentia. Sanct⁹ san
ctus sanctus dñs deus oīnipotens: cui est ho-
nor ⁊ gloria in secula seculoz. Amen. ¶ Terti-
um dubium fuit vtrū beatus marcus euāgelisi
scribēdo potuit errare. Et ad hoc respōdemus
q̄ nō. tum qz illud qō scripsit a spūsancto acce-
pit. tum qz ⁊ a petro apl'oz p̄ncipe multa didi-
cit. vnde de ipo vt refert hiero⁹ in prologo in
Marcū. Marc⁹ euāgelista dei electus ⁊ petri
in baptismate fili⁹: atq̄ i diuino Fmone discipu
lus sacerdotiū in israel agens Fm carnē. leuita
ꝯuersus ad fidē xpi euangeliū in italia scripsit
ostēdēs in eo q̄d ⁊ generi suo deberet ⁊ xpo. h
hiero⁹. Ubi ostendit beati Marci auctorita
tē: cū ad officiū scribendi euangeliū. dicit euz a
deo electū ⁊ assumptū insup ⁊ eū a petro erudi
tum asserit: enarrās deinde statū eius aī ꝯuer-
sionem: qz ad sacerdotes ⁊ leuitas ptinebat sci
re p̄teritas scripturas veteris testamēti: que ō
xpo testimoniū phibent vt dicit Nico. de lyra
in plogo in Marcū. Dū itaq̄ cū petro romā
venisset: ⁊ petrus ibi euangeliū p̄dicaret: roga
uerūt fideles q̄ erāt rome beatū marcū: vt euā-
geliū ad ppetuā memoriā deberet conscribere.
qō ille fecit. scripsitq̄ euangeliū greco Fmone.
Et postmodū aquilegie itez scripsit illō Fmo-
ne latino: qō vsq̄ hodie in aquilegiensi ecclesia
ostendit. ⁊ deuotiōe cōgrua reseruat. In hoc
aūt apparet q̄ spūssanctus erat in eo: qz cum fu-
isset hebre⁹ linguis tamē oīuz gentiū loqueba-
tur: q̄re nec errare neq̄ mentiri poterat: qz spūs
sanctus spūs ē sapiētie ⁊ veritatis. ¶ Scōo be
atus marcus vocauit multos ad vitā legē euā
gelicā p̄dicādo Nā videns petrus ipm i fide cō
stantem aquilegiā illum destinauit. vbi xbum
dei p̄dicans inumeras gētiuz multitudines ad
fidem xpi ꝯuertit. Tandez hermogenā ciuem
aquilegiēsem quē ꝯuerterat romā ad beatū pe
trū adduxit: quē petrus quilegiensem epm cō-
secrauit. Ille ꝯo aquilegiā reuersus cū aquile
giensem ecclesiā optime gubernasset. Tandem
ab infidelib⁹ captus martyrio coronat⁹ ē. bea-
tus ꝯo marcus alexandriam iussu petri petijt.
Et vt dicit filo dissertissimus iudeorū in primo
ingressu eius maxima multitudo in fide christi
⁊ deuotione: ⁊ cōtinentie obseruatione aduna-
ta est. Deinde iuit egyptū: vbi idola destruxit
maximā multitudinē cōuertit: ⁊ xtutes m'tas
fecit. venit ⁊ cirenem ⁊ pentapolim: vbi cecos

illuminauit: mortuos suscitauit: quos baptiza
uit: ⁊ i fide xpi ꝓfirmauit. ¶ Tertio beat⁹ mar
cus vocauit multos ad vitā legē euangelicam
obseruando hic terrena oia spernit: celestia de
siderat: ꝟtutes amplectit: vitia detestat: ⁊ de
um diligit sup oīnia. vt dirimus i ꝑmo dubio.
hāc marcus ꝓfessus indesinēter vsq; ad mortē
coluit ⁊ seruauit: ꝑ hac insuper policē sibi am
putauit. vt Hieronym⁹ refert in ꝓlogo i Mar
cum. ne ad ordinē sacerdotij posset humano iu
dicio ꝓmoueri. Verūtamē dispositio dei ⁊ au
ctoritas sancti petri ꝑualuit qui ipsum alexan
driam episcopū destinauit. Notandū tamen ꝫ
quia vt dicit Nico. de lyra sup. viij. ca. Mat.
non est amputandū aliquod membrū vt euite
tur peccatum. tum quia per hoc non excludit
concupiscentia interior in qua viget peccatum
tum quia per aliam viam potest melius obuia
ri peccato per rationem ⁊ liberum arbitriuz co
hercendo membrū a peccatoꝝ exercitio Et sic
dicitur manus abscidi: inquātū prohibetur ab
illicito actu: quia manus abscisa non potest ali
quid agere. Et eodem modo exponendum est
de alijs membris. Qꝝ autez marcus amputauit
sibi policē: potuit esse q; id fecerit instinctu spi
ritussancti. vt dicit Nicolaus de lyra in prolo
go in Marcum.

Qualit beatus marcus cōparat leo
ni: ꝓpter magnitudinez quā habuit i
tollerātia martyrij: ⁊ diuinis ꝓsolati
onibus sibi factis. ¶ Capl'm. ii.

Secunda excellē

tia beati marci ꝯ animositas que le
onis ꝓprietati recte ꝓuenit. Naz vt
refert Plinius. leo est aīal animosū satis et au
dax: qui maxime i periculis apparet gloriosus
vnde cū psequit a canib⁹ ⁊ venatorib⁹ non lati
tat nec se occultat: sed sedet in campis vbi vide
ri possit ⁊ ad defensionē se parat. vnde vbi vir
gultuz siluasq; penetrat acerrimo fertur cursu:
valde reputans turpem abscōsionem: non eñ
se abscondit eo q; timeat: sed solum ne timeatur
Quando vulneratur mira obseruatione noscit
primo se tangentē: etiam in quātalibet multitu
dine: primū ꝑcussorē. Et cum quis telum mise
rit ⁊ eū non tetigerit correptū raptatūq; sternit
sed nequaq; ipm vulnerat siue ledit que omnia
ex animi generositate ꝓueniunt. sic beat⁹ mar
cus inter tormentoꝝ supplicia fuit imperterrit⁹
cuius passio fuit valde acerba. Primo q; fuit
bis ꝑ ciuitatē funi ligato ad collū eius tractus
Cū eñ in solēnitate pascali missā celebraret: cō
uenerūt illuc oīes ⁊ funi i collo eius misso ip
sum ꝑ ciuitatē trahebāt dicētes. Trahamꝰ bu
balū ad loca buculi: erat eñ locus extra ciuita
tem alexandrie iuxta mare. q; sic vocabat. Se
cundo fuit toto corpore laceratus: ⁊ carnes eiꝰ
in terrā fluebant. Tertio fuit sanguine cruenta
tus: nam ⁊ illo lapides rigabant. Quarto fuit
in carcere reclusus: ibiq; vsq; mane dimissus.
Meruit tamē in ꝫ duro ꝓlio multiplicē cōso
lationē. Prima fuit diuina confortatio. nā ipe
dñs ihs xps eum visitauit cōfortauitq; dicēs
Pax tibi marce euangelista meus: noli timere
qz ego sum tecū vt eruā te. Secda fuit angelica
apparitio. nam angelus ad euz in carcerē venit
⁊ ipm cōsolatus fuit dicēs. Ecce nomē tuum i
celo scriptū est. sociusq; factus es supernaꝝ vir
tutū: mane igitur facto trahebant euz sicut pri
us dicentes. trahamus bubalū ad loca buculi
ille aūt dum traheret grās agebat dicens. In
manus tuas dñe cōmendo spiritū meum. Et ꝫ
dicens. spiritum exhalauit. cum autez pagani
corpus vellēt cōburere: subito aer turbat: grā
do exorit: tonitrua intonant: fulgura coruscāt
ita vt quilibet euadere niteretur. Xpiani vero
corpus eius rapuerunt: ⁊ in ecclesia euz omni
reuerentia sepelierunt.

De gratitudine leonis per exēpla de
claratā: in qua sibi beatus Marcus
assimilatur cuiꝰ psidio respublica ve
netorū sustentat. eiusq; gloria i dies
auget. ¶ Capl'm. iii.

Tertia excellētia

beati Marci gratiositas nuncupa
tur. Et in hac cum leone conuenit
nam est animal homini satis amicabile vt inq;
Isiō. xij. libro circa hominē leonum natura ē.
vt non nisi lesi nequeant irasci. patet enim eorū
misericordia exemplis assiduis prostrati enim
parcunt. Captiuos obuios repatriare permit
tunt hominem nō nisi in magna fame perimūt.
Plinius autem lib. viij. de naturali historia re
fert: q; leo est animal valde gratum cognoscēs
⁊ diligens benefacientem. nam quantū spectat
ad amicitiam demonstratur exemplo mento
ris. ꝯ quo refert Mentor siracusanus. in siria
leone obuio: suppliciter voluntate attonit⁹ pa
uore cum refugienti vndiq; sese fera oppone
ret et vestigia lamberet adulanti similis ani
maduertit in pede eius tumorem vulnusq;. Et
extracto surculo liberauit cruciatu. Pictura
casuz hunc testatur siracusis. De recognitione
vero beneficij a leone suscepti sic sequitur Plini
us. Helpis samnis natione in affricam delatus

mare ⁊ iuxta littus ꝓspecto leone hiatu minari arborē fuga petiit. At leo pcūbens ad arborē: hiatu q̄ terruerat miserationē petebat. Os em̄ morsu auidiore inheserat dentib⁹ ei⁹: cruciabat q̄: inedia: q̄re helpis timore deposito descēdit de arbore ⁊ leonē audiuit: liberauitq̄ eu ab illo impedimēto osse de ipi⁹ ore euulso. Tradūt q̄ q̄dīu nauis ea in portu stetit: retulisse grām venat⁹ agregādo. Aulusgelius ꝓ li. v. noctiū actica ꝓ stupendissimū inducit exemplū de leonis gratitudine. Apion inq̄t lr̄is homo multis p̄ditus narrat: se rome vidisse: grām leonis exhibitā. androdo cuidā erat ipe seru⁹ viri cōsularis: q̄ ad bestias dānat⁹ fuit: inter quas ad erat leo vnus terribilis valde. h̄ vt androdū vidit pcul repente q̄si admirat⁹ stetit: ac deinde sensitu atq̄ placide: tanq̄ noscitabūdus ad hominē accedit. Tū caudā more atq̄ ritu adulātiū canū: clementer ⁊ blande mouet: hoisq̄ sese corpori adiungit. Cruraq̄ eius ⁊ man⁹: ꝓpria exanimati metu ligua leuiter demulcet. androdus inter illa blādimenta ammissū recupat animū paulatimq̄ oculos ad contuendū leonem refert. Tum q̄si mutua recognitiōe facta: letos ⁊ gratulabūdos videēs hoiem ⁊ leonem. Que res in eū oēs in admirationē traxisset: eductus androdus: atq̄ cesari p̄sentatus req̄ritur. Cur sibi leo tam familiarē se p̄buisset. At ille. Cū inquit affricam p cōsulari imperio me⁹ dñs obtineret. Ego ibi iniqu⁹ quotidianis ꝓberib⁹ ad fugā sum coactus: ⁊ vt mihi a dño terre illius p̄side tutiores latebre forent: in campōrū ⁊ arenarū solitudines cōcessi: ac deficiente cibo consilium fuit: mortē aliquo pacto q̄rere. tum sole medio rapido ⁊ fragāti specū quandā nact⁹ remotā latebrosāq̄ in eam me rapio ⁊ recōdo: neq̄ multo post ad eandē specū venit h̄ leo; debili vno ⁊ cruēto pede gemit⁹ adens ⁊ murmura dolorē cruciatūq̄ vulneris cōmiserātia: atq̄ illic p̄mo aspectu pauere cepi. Sed postq̄ introgressus leo mitis ⁊ mansuet⁹ accessit: ⁊ sublatū pedē ostēdere mihi ⁊ porrigere q̄si opis petende grā visus ē: ibi ego stipem ingentē vestigio pedis ei⁹ herētē euulsi: ꝓceptāq̄ saniē vulnere intmio expressi: atq̄ detersi cruorē. Ille tūc mea opa ⁊ medela leuat⁹. pede in manib⁹ meis posito recubuit ⁊ quieuit. atq̄ ex eo die trienniū totū ego ⁊ leo in eadē specu eodēq̄ victu vixim⁹ nam q̄s venebatur feras membra opimiora ad specum mihi suggerebat: que eo ignis copiam non habēs sole meridiano torrens edebā. Sed vbi me vite illius ferme iam pertesum c̄ leonei venatum p̄fecto. reliqui specuz ⁊ viam fere triduī p̄mensus a militib⁹ visus aprehensusq̄ sū Et ad dominū ex africa romā deductus. is me statim rei capitalis dānandum dandūq̄ ad bestias curauit. intelligo autē hunc quoq̄ leonē me tunc seperato captum. grām nūc mihi beneficij ⁊ medicine referre. quibus auditis androdus. a pena solutus ⁊ leo liberatim donat⁹ fuit ꝓdostea inquit apion videbamus androdum ⁊ leonem loco tenui reuinctū vrbe tota circumtabernas ire. donari ere androduz florib⁹ spargi leonem: omnesq̄ fere vbiq̄ obuios dicere. h̄ est leo hospes hominis. hic est homo medicus leonis. Ad sanctū Marcū iam redeamus qui q̄ sit gratus deuotis suis experiētia ipa declarat. veneti q̄dez anno dñi. cccclxvj. corp⁹ eius de alexandria venetias trāstulerunt. vbi ecclesia in honore sancti Marci mire pulchritudis fabricata est. ibiq̄ sacrū illud pignus reconditum. Et lz a cunctis fidelibus beatus Marc⁹ veneretur tamē veneti illum deuotiōe singularissima colunt. illum suū apud deum habent intercessorem p̄cipuū. illum ptectorem ⁊ patronum corum benignissimum predicant ⁊ confitentur. quibus q̄ sit ipe beniuolus. q̄q̄ grat⁹ illi⁹ ciuitatis celsitudo manifestat cui recte conuenire potest illud psalmiste dictum. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Quā suis merit⁹ beatus Marcus exaltat in dies: presidio igitur Marci gloriosissimi ad qd veneti semp confugiunt: liberant a grauissimis malis ⁊ meritis illius eoꝝ status imobiliter cōseruatur. Ob qd petrus damianus in sermone dicit Beata es o alexandria triumphali huius sanguine purpurata Felix ⁊ tu italia corporis huius thesauro diues effecta. Gaudeant itaq̄ ⁊ letentur veneti qui apud celestem regem beatum Marcū habent solicitissimū intercessorē sperantes indubitanter p illius suffragia non solum tpalem gloriam ampliare sed acq̄rere dei grām in p̄senti ⁊ in futuro vitam eternam. Amen.

Sermo. liij. de beato luca euāgelista q̄ vt bos vel vitul⁹ figurat. eo q̄ a sacerdotio īcipit zacharie Et xp̄i genealogiā p sacerdotes describit.

Ecas medicus charissimus salutat vos. ꝓba sūt doctoris gētiū in epl'a ad Colocen. iiij. ca. In ordine quattuor euāgelistaꝝ: post matheū ⁊ marcū terti⁹ ponit bear⁹ lucas. De quo ita inquit Isid. lib. vj. ethimo. Lucas greci sermonis eruditissimus euangelium in grecia scripsit sb theophilo ep̄o: initiās a sacerdotali spiritu dicens. fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos q̄dam noie zacharias: vt manifestaret xp̄m p⁹ natiuitatē carnis: ⁊ p̄dicatōez euāgelij